



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instrvctio Magistri Novitiorvm

Juan <de Jesús María>

Coloniæ, 1613

Cap. 8. De exercitijs ad valetudinem conferentibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48543](#)

554 *Instructio Magistri*

7 Docebit alia leuiora, quorū fratres nō
decet ignaros esse , vt vestes resarcire,
legumina purgare, linteā plicare, & eius
generis alia , quibus animus corpusw
minimē grauatur . Quando verò exer-
citia hæc in recreationis loco fiunt, ca-
ueat Magister ne Nouitij capite nimium
demisso taciti, ac mœsti permaneāt ; il-
losqüe nonnullis intercalatis interrogati-
bus exhilaret . Quod exquè anim-
aduertēdum est, quoties aliquid ibidem
legitur: ne scilicet Magister finat fratres
per tempus illud modicum , ita tacitos
& lectioni intentos esse , ac si concionē
audirent: spiritualis quippe doctrinalo-
corum ac téporum discrimē obseruat.

Cap. 8. De exercitijs ad valetudi-
nem conferentibus.

1 **E**xpedit prouidubiō ad valetudi-
nem animæ corporisq; tuendam,
Nouitios varijs officijs, & attemperatis
laboribus exercere. Quocirca pars dis-
ciplinæ monastice est, labor aliquis cum
moderatione susceptus, vt ex Sancto-
rum Patrum historijs facile constat.

2 Ma-

Nouitiorum.

153

2 Magister ergo, cum per tempus licet, Nouitiis vel omnes, vel aliquos in hortum mittet, ad inutiles herbas euellendas, ad vias scopis mundandas, ad areas irrigandas, vel quid simile efficiendum, quo ad sanitatem exerceantur.

3 Idem ad proportionem iniunget, in aliquibus fabricæ occasionibus; ubi cauto, ne cum saceribus loquantur, vel ne in locum extra clausuram egreditur, per modicum temporis spatiū, lapides, aut ligna comportare, vel simile quippiam exercere poterunt.

4 Iam vero crebro eis iniungit Magister ministeria alia, quæ frequentiora sunt, porta Ecclesiæ pavimentum foribus clavis verrere, candelabra, & alia Sacristiæ vas a mundare; ut charitas simul, & sanitas, corporis exercitatione augeatur.

5 Cauebit autem, ne ijs in exercitijs in lingua relaxetur, vel aliud malignus accidat. In silentio quippe operari Regula nostræ, sanctio est.

g. 6

Capo.